

Landesbibliothek Oldenburg

Digitalisierung von Drucken

**Disputatio Theologica Fridericiana De Justificatione, Et
Fide Justificante**


Franck, Christoph

Kiloni[i], [MDCCIII?]

VD18 1050415X

Farbkarte

urn:nbn:de:gbv:45:1-16105



Farbkarte #13

B.I.G.

Cyan

Green

Yellow

Red

Magenta

White

3/Color

Black



DE JUSTIFICATIONE.

I.

Materiam de Justificatione & fide justificante, Becanus lib. I. Manual. cap. XVI. tractat per septem quæstiones, quibus comprehenduntur potiora ex iis, quæ de natura Justificationis, tum ex sua, tum ex nostra, & Reformatorum sententia, in prooemio exposuit. Singulas illas quæstiones, DEO juvante, aliquot dissertationibus persequi, & primam quidem hac præsentè Exercitatione excutere, consilium est.

I. QUÆSTIO.

An peccata vere tollantur in justificatione?

II. *Adversarii*, scribit Becanus num. I, *docent, non tolli, sed tantum tegi, & non imputari.* Imo & tolli docemus, phrasi hac ita accepta, ut tolli peccata, in doctrina de Justificatione, nihil aliud sit, quam non imputari, & sic remitti peccata. Quomodo Justificatio describitur ab ipsa Scriptura: *Beati, quibus remisse sunt iniquitates, & quorum tecta sunt peccata. Beatus vir, cui non imputavit Dominus peccatum*, Rom. IV. 7. 8. Atque hoc idem est, quod peccatum tolli, quoad reatum culpæ & pœnæ. At Pontificii statuunt, in justificatione peccatum in se consideratum, tolli physica expulsionè, per infusionem justitiæ inhærentis; & in hac physica expulsionè remissionem peccatorum ponit Becanus, num.